UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Papirii Massoni Descriptio Flvminvm Galliae, Qva Francia Est

Masson, Jean Papire

Parisiis, 1678

Lvdovico XIII. Franciæ & Navarræ Regi Christianissimo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13059

Visual Library

LVDOVICO XIII.
Franciæ & Navarræ
Regi Chriſtianiſſimo.

MULTORVM *annorum labores Papirii Maſſoni quondam fratris mei Majeſtati tuæ ſupplex offero*, Rex Chriſtianiſſime; *Deſcriptionem ſcilicet Regiorum Galliæ Fluminum, quæ tamquam venæ in hominis corpore regnum tuum irrigant, fertiliſſimumque ac ditiſſimum reddunt. Quemadmodum enim Reges privatis hominibus & ſubditis ſuis eminent: ſic illa Franciæ flumina quæ in hoc libro deſcribuntur, cæteris omnibus antecellunt. In ea etiam deſcriptione res quamplurimæ ad antiquitatem & hiſtoriam pertinentes referun-*

tur ab Auctore, qui inter alios regni ſubditos, de natali tuo plurimùm gaudens, Deóque immortales laudes agens, eum memoriæ mandaverat, tibique adhuc infanti Hiſtoriam Cæſarum ex xvj. Poëtis inſcripſerat, ac poſtea ſacri baptiſmatis tui diem ſolemnem annotaverat. Eo igitur jam vita functo, hoc postremum ipſius opuſculum ſub ſacris tuæ Majeſtatis auſpiciis in lucem emittit, tibique gratum & acceptum fore ſperat,

MAIESTATIS TVÆ,

Eleemoſynarius, & apud Deum
Opt. Max. Deprecator aſſiduus
Jo. BAPT. MASSONVS.